

2] Raven^aae archiepiscopum, in turri^a quadam apud Mutilianum/ sub duris vinculis ponere non formidarunt. Hoc vero scelere et aliis eorum exigentibus meritis praedictis [a], a Raven^aatibus sunt interfecti; quorum filium nutrix ejus dicitur libera^bse, qui^c factus est [d] magnus, Raven^aatum sanguinem, cum pro vindicta patris et matris eos occidere poterat, ex gladio pro certo lambebat, ob quam causam dictus est Tigri^eus, bibens sanguinem. (N).

Hoc responsum [e] factum fuit per^a Archiepiscopum Ravennae in Turri Mutilianensi [d] quando captus fuit a Tigrino Tuscipe comite et ab Englarata filia Martini ducis de Ravenna ejus uxore.^a

CAP. IX.

Rogamus te, Domine Deus, quia peccavimus tibi. Veniam petimus, quam non meremur: manum tuam porrige lapsis, qui latroni confitenti paradisi januas aperuisti. Vita nostra in dolore suspirat; et in opere non emendat. Si expectas, non corripimur [x]; et, si vindicas, induramur.

De eo quod Manasius^a [f] spevitiam exercebat in Faventinos.

CAP. X.

Eodem autem tempore, quidam Manasius^a tantam in Faventinos exercebat tyrannidem, quod mulieres omnes suae uxori et nuribus famulari oportebat in omnibus. Viris etiam, qui contra ejus praec^aptum panem frumenti comedere [g] audebant, forcibus ferreis dentes extrahi faciebat. Quadam denique die, cum Valentinus [A] adhuc puer ex progenie supranominati Valentini suam matrem amare flere vidisset, eo quod pannum ad mensuram constitutum infra terminum ei praefixum, ex lino sibi misso uxori tyranni dare cogeretur, dixit multis audientibus: Ego hanc civitatem ex hac plaga liberabo. Quid plura? Ante annum totum, uno comitatus servulo [h], ad

[a] meritis praedicti Sic. legit Cl. Mitt. At C. V. legit meritis omnes. — [b] qui ubi factus est. Vox ubi addita a nobis est, ne sensus claudicet. Aliquid enim in C. M. desiderari credidimus. — [c] Hoc responsum. Sic codices. An legendum: Responsorium? — [d] in Turri Mutilianensi. Sic cod. M. In C. V. terra pro turri est. Cl. Mitt. territorio pro turri legit. Sed turri certo certius habet C. M. — [e] non corripimur Codd. — [f] De eo quod Manasius. Sic C. M. et sic. Cl. Mitt. exscripsit, non ausus apertius hujus nominis lectionem enucleare. Manasio quoque legitur in versione Italica Gregorii Zucculi. In C. V. Marenasius; an recte? — [g] panem frumenti comedere. Notula fri, quae in C. M. est, vertitur fratri a C. V. scriptore. An farri, vel farris potius legendum? Utrique lectioni Cl. Mitt. videtur favere. Sed frumenti magis arridet. Pro comedere, quod est in C. M., habet fratri contendere Cod. Viaraneus. — [h] uno comitatus servulo, C. M. In C. V. uno comitante servulo.

[A] Ejus majores vide in cap. IV hujus historiae.